



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 32. Quid si quis fide datâ de quempiam reducendo ad locum exemptum non reducatur, an conservator procedere poterit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](#)

co sint delinquentes, cum enim investigare possint, an delinqüentes sint in loco im-  
muni, possunt & cetera, sine quibus ejusmodi investigatio fieri non potest, l.2 ff. de  
lurij, omniū iudicij. Emanuel Roderic. d.art.2. vers. ex dictis inferatur.

## Q U Æ S T I O XXXII.

Quid si quis fide data de quempiam reducendo ad locum exemptum, non reduca-  
tur, an conservator procedere poterit.

## S U M M A R I U M .

1. Fides data servanda.
2. Frustrarius est actus, cuius nihil operatur eventus.

**D**isingui solet, an casus sit qui immunitate gaudeat vel non gaudeat, si gaudet,  
omnino opinione non nullorum est reducendus, quia fides data servanda est. &  
ideo conservatoris officium poterit implorari; si non gaudeat, non est aliorum op-  
pinionem reducendus, & conseqüenter conservator adiri non poterit, Anon. Gomes. var.  
resid. lib. 3. cap. 12. num. 26. Doc. Iea est natura cavillationis num. 7. ubi Cuchal. ff. de Reg.  
Iuris. Clarus in præl. crim. lib. 1. §. fin. quæst. 55. Emanuel Roderic. quæst. Regul. tom. 2.  
quæst. 5. art. 5. Covarr. lib. 1. var. cap. 2. num. 26. Navar. in Manuali cap. 25. num. 22.  
qua ad locum immunitem reducendam novo debetur educi; frustrarius autem effet  
actus reductionis, cuius nihil operatur effectus, l. si quis ita ff. de hered. insit. l. cum  
beret. §. 1. ff. de acq. hered.

## Q U Æ S T I O XXXIII.

Utrum regulares exempti ratione administrationis Ecclesiæ, si à Diecelano conve-  
nantur, possint ad suum conservatorem recurrere.

## S U M M A R I U M .

1. Intellectus cap. 11. l. eff. 25. de Refor.
2. Regulares & eorum Ecclesiæ qualiter sunt ordinario subiecta, & an a suis conserva-  
toribus possint conveniri,

**D**ubitandi occasionem facit Concil. Trid. l. eff. 25. cap. 11. de Refor. & constitu-  
tio Innocentii 4. in cap. volentes §. in eos de privilegiis 6. quæ subdit, regulares  
exempti